



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

56. De quibusdam in Colbeke villa Halberstadiensi, qui sub Missarum
solemniis Domini Natiuitatis tripudiantibus, ad sacerdotis
imprecation[em] illud ipsum per annum integrum continua[an]t.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

LIBER I.

III

De quibusdam in Colbeke villa Halberstadiensi, qui sub Missarum solemnibus dominio Natiuitatis tripudantibus, ad sacerdotis imprecationem illud ipsum per annū integrum continuabant. *Albertus Krantzius in sua Saxonia lib. 4. cap. 33.*

CAP. LVI.

Memoranda plurima vidit hæc ætas (imperante nimirum Henrico II. Anno salutis humanæ 1003. & subsequentibus annis) chorizantes in Colbeke villa Halberstadiensi insolenter sacra nocte Dominicæ Natiuitatis, in cœmiterio S. Magni, iuuenes & viri cum scœminis, inconcinnis clamoribus ebrii duxere choreas. Rogati à sacerdote sacra facturo, ne diuinum officium interrumpere, nihil fecerunt minus. Ille ad impatientiam versus, correptusque zelo & indignatione diuinæ iniuriæ & cōtemptus in religionem: Quando, inquit, mecum diuina religio contemnitur, fit vobis circuitus ille annalis. Exinde vltiodiua contumaces insequitur. Sine cessatione, sine vlla quiete, per dies & noctes, absq; cibo gyrabantur. Miserū spectaculū, dum rotarentur gyrantes. Stupere qui viderant. Aliquot sancti viri interposita prece, orabāt pro illis, nihilominus gyrabant. Sororē suā quidā extracturus de circulo gyrantū, brachiū fertur euulsiſſe, illa perseuerabat gyrās. Impresere alta terre vestigia, q̄ necesse fuit. Anno demū euoluto quieuerunt. Maior pars spiritū efflauit. Pauci qui superſuere,

re,

re, recreati, insigni se pœnitentia macerat

Huic congruit, quod mandatum est in
Chronicis, typis excusis, vti liquet ex se-
quenti narratione.

*Miraculum simile ex Chronicis seu Annalibus,
euulgatis, & Vincentio in Speculo.*

Contigit temporibus Henrici secundi
peratoris miraculum prius inauditum, quod
in villa quadam Saxonie in Magdeburgensi
Diœcesi, vbi erat Ecclesia S. Magni, quidam
cerdos Missam celebraret, in vigilia Nati-
uitatis Domini, octodecim viri simul cum quatuor-
decim mulieribus in cœmiterio Ecclesie
celebrabat, choreas ducendo, alta voce canerent,
sacerdotemque ipsum celebrantem impedi-
pediebant, mandat illis sacerdos, vt tacerent
aut inde recederent, qui sacerdotis verba dis-
cedentes, desistere noluerunt, is amarus
precando inquit: Placeat Deo, & sancto Spi-
ritu, vt ita cantâtes permaneatis vsque ad
finem, num chorizantes. Et ita factum est, vt totum
illo anno sine intermissione aliqua chorizantes
cantarent: Mirabile dictu, toto illo tempore
nec ros, nec pluuia super illos cecidit, sed
lassitudo, nec fames illos affecit, nec vestimenta
ta, nec calciamenta eorum toto illo tempore
attrita sunt.

Anno autem reuoluto Heribertus Archiepiscopus,
in cuius diœcesi hoc mirabile contigit, ad locum veniens, à nodo, quo Sacerdos
illu

illos ligauerat, absoluit, atque ante altare dicte
Ecclesie reconciliauit, filia presbyteri cum
duobus aliis continuo exanimata est, ceteri
continuis tribus noctibus dormierunt, aliqui
post obierunt. Ceteri vero pœnã suam mem-
brorum tremore prodiderunt. Hoc scriptum
reliquit Vbertus, qui fuit vnus ex iis.

*De puella duodecim annorum, quæ post sumptionem
SS. Eucharistie toto triennio à cibo abstinuit, &
Frifia grauiser fluctibus marinis anno 1273. sub-
uersa ob irreuerentiam SS. Eucharistie præstitam.
Cornelius Cornipolitanus in sua Chronographia.*

CAP. LVII.

Testatur idem Cornelius in sua Chrono-
graphia puellam xij. annorum accepta
Eucharistia, sex mensibus in pane & aqua ie-
iunasse, & deinde triennio ab omni cibo &
potu abstinuisse.

Idẽ recenset anno salutis humanæ M.CC.
LXXIII. Frisiam ferè totam submersam fuisse
fluctibus marinis, ac isthic periisse plus quàm
centum millia hominum, idque propter con-
cunitia & irreuerentiam factam sacramento Eu-
charistie. Hæc duo exẽpla refert ex dicto Cor-
nelio Michael Buchingerus Colmariensis, in
suo Tyrocinio de sacro altaris mysterio.

*Traiecti ad Mosam 200. homines in ponte choreas du-
centes, nec Venerab. Sacramẽto per Sacerdotẽ ad æ-
groantem dilato, reuerentiam exhibentibus, ponte
fracta omnes absorpti periẽre, anno 1277. Ex Chro-
nicis Traiectensibus Hermannii Scedil.* CAP.